


MATERIAŁY DO ATLASU
HISTORYCZNEGO
CHRZEŚCJAŃSTWA
W POLSCE

TOM
I

ZAKONY MĘSKIE
W POLSCE W 1772 r.



SPIS TREŚCI

WSTĘP	7
<i>Jerzy Kłoczowski</i> — ZAKONY MĘSKIE W POLSCE PRZEDROZBIOROWEJ. UWAGI OGÓLNE	19
<i>Adam Chruszczewski</i> — ZAKONY I PROWINCJE ZAKONNE W 1772 ROKU	27
<i>Wiesław Müller</i> — ZAKONY W DIECEZJACH I WOJEWÓDZTWACH	57
<i>Grażyna Karolewicz</i> — WEZWANIA KOŚCIOŁÓW KLASZTORNÝCH	91
<i>Ludomir Bieńkowski</i> — ANKIETA ZAKONNA GARAMPIEGO Z 1773 ROKU. PODSTAWA ŹRÓDŁOWA DO TABEL NR 1-69	115
<i>Ludomir Bieńkowski</i> — ZASADY OPRACOWANIA TABEL NR 1-69	161
<i>Lidia Müllerowa</i> — ZASADY OPRACOWANIA MAP	171
SUMMARIUM	175
SPIS TABEL ŹRÓDŁOWYCH	179
SPIS MAP	182
TABELE ŹRÓDŁOWE NR 1-69. ZAKONY MĘSKIE W POLSCE W 1772 ROKU. Opracował <i>Ludomir Bieńkowski</i> przy współudziale <i>Elżbiety Janickiej-Olczakowej</i> i <i>Lidii Müllerowej</i>	185
TABELE ŹRÓDŁOWE NR 70-86. ZAKONY MĘSKIE NA ŚLĄSKU W 1750 R. (DIECEZJA WROCŁAWSKA I WIKARIAT KŁODZKI DIECEZJI PRASKIEJ). Opracował <i>Ludomir Bieńkowski</i>	295
INDEKS OSÓB I WEZWAŃ. Opracowały: <i>Lidia Müllerowa</i> i <i>Elżbieta Janicka-Olczakowa</i>	305
INDEKS GEOGRAFICZNY. Opracowały: <i>Lidia Müllerowa</i> i <i>Elżbieta Janicka-Olczakowa</i>	311

SUMMARIUM

Hoc volumen in Instituto Geographiae Historicae Ecclesiae in Polonia, quod Institutum in Catholica Universitate Lublinski existit, praeparatum maxima sua parte eventus singularis momenti investigationis a Iosepho Garampio, Nuntio Apostolico, anno 1773 et principio anni 1774 factae continet. Nuntius Apostolicus statum ordinum regularium viroorum, qui ante magnas partes rei publicae Polonorum annis 1772 et 1773 ab Austria, Prussia et Russia occupatas in terris Poloniae florebant, diligentissime cognoscere voluit. Acta illius investigationis, quae nunc in Archivio Secreto Vaticano, in voluminibus „Archivum Nuntiaturae Varsoviensis” inscriptis, servantur, satis bene ostendunt, quae fuerit vita religiosa in Polonia anno 1772, hoc est in momento, in quo post magnum ordinum incrementum saeculis XVII et XVIII numerus religiosorum eorumque domorum maximus fuit. In terris, de quibus agitur, id est in universo territorio Poloniae, Lithuaniae et Silesiae (re vera dioeceseos Wratislaviensis, quae iam ab anno 1000 pars erat provinciae ecclesiasticae Polonae cum sede archiepiscopali Gnesnae) vigeabant sub annum 1560, ergo post Lutheranam illam reformationem, circiter 200 domus religiosae, in quibus circa 1500 religiosi vivebant; anno autem 1772 in eodem territorio 1200 et ultra domus erant, in quibus amplius 17 milia religiosorum inveniebantur, Basilianis Unitorum non exceptis.

Unicuique provinciae religiosae, etiamsi in dicto territorio unam tantum haberit domum, separata tabella dedicatur. Omnes tabellae, quae ad 30 ordines pertinent, sunt 69. Unaquaeque ex eis in haec capita dividitur: numerus currens, locus, indoles domus, titulus ecclesiae, dioecesis, palatinatus, gradus religiosorum (sacerdotes, clerici et laici). In tabellis utitur eis locorum nominibus, quae nunc a Polonis usurpantur. In indice vero et varia vetera Polona, et Latina locorum nomina inveniri possunt. Non potuimus adhuc, quod valde dolemus, indicare recentem vel antiquam formam locorum nominum in aliis linguis, quae maxima in parte earum terrarum, de quibus agimus, hodie in usu sunt. Littera m (=miasto [oppidum]) loci nomini praeposita illum locum olim oppidum fuisse significat. Latino-Polonum vocabularium nominum, quae ad indolem domus spectant, in p. 163/4 invenitur.

Index titulorum Ecclesiarum in forma Polona et Latina in p. 164-167 reperitur. Utiles esse possunt etiam indices Polonorum et Latinorum nominum dioecesium (p. 168) et palatinatum (p. 169).

Quomodo tabellis utendum sit, in prooemio a Ludomiro Bieńkowski scripto pertractatur.

Effigies picta omnis materiae, quam tabellae complectuntur, in serie chartodiagrammatorum nr VIII—XXXV representatur. Inscriptiones marginis Latine expressae, quae in omnibus chartis geographicis comparent, faciliorem reddunt earum usum. Chartodiagramma nr XXXVI representat statum rerum in Silesia medio saeculo XVIII, quem representari separatim consentaneum duximus propterea, quod supersunt uberores fontes ex illa aetate, qui testimonium praebent deminuendi numeri religiosorum in Silesia sub novo regimine, nempe Prussorum. L. Müller (p. 171-3) diligentissime explicat, quomodo chartae geographicae confectae sint.

176

SUMMARIUM

Plena et perfecta dissertatio Ludomiri Bieńkowski fontium cognitioni inserviens (p. 114-50) accuratam enodationem investigationis Garampii, et novorum fontium supplementariorum, ad quos respectum habuimus, ut quam plenissimam reconstructionem status ordinum religiosorum anno 1772 faceremus, comprehendit. In huius dissertationis appendice I (p. 151, 156) epistula Garampii mense novembri anno 1773 ad superiores ordinum religiosorum missa, in qua minutissimae quaestiones ad res, quae ei cordi erant, pertinentes continentur, inveniri potest. Appendix II elenchum provinciarum regularium, ad quorum superiores Garampius hanc epistolam misit, necnon numeros voluminum Archivi Nuntiaturae Varsaviensis, in quibus resposiones eorumdem superiorum et status provinciarum ab eisdem confectos et ad Nuntiaturam missos, complectitur. In alia epistula (cf. Appendix III), die 20 Martis anno 1776 scripta, Garampius Secretario Status refert, quomodo investigationem peregit additque tabellam statisticam a se confectam (p. 157-60).

Quinque articuli initiales, qui nostro volumine comprehenduntur, una ex parte indolem proemii, altera ex parte indolem primae conclusionis portant, et tabellis diligentissime confectis fulti saltem quaedam collationes generales ostentant. Georgii Kłoczowski Introductio de rebus ab Instituto Geographiae Historicae Ecclesiae in Polonia, quod anno 1957 ortum est, gestis narrat et de generali consilio voluminis praesentis tractat (p. 7-18). Eiusdem Georgii Kłoczowski animadversiones generales de ordinibus religiosorum viroorum in Polonia (p. 19-26) continent inter alia indicem 30 ordinum, de quibus agitur, adhibitis nominibus Polonis et Latinis adiectisque datis, quando illi ordines in Poloniam accessit quandoque singulae provinciae eorum creatae sint. Adam Chruszczewski (p. 27-56) multis in tabellis (cf. indicem earum in p. 176) indicia ad numerum domorum, quae anno 1772 in unaquaque provincia existerent pertinentia et ad numerum religiosorum in eis eodem tempore commorantium spectantia confert paucisque verbis disceptat. Wiesław Müller (p. 57-90) indicia, quae collocationem domorum et religiosorum in singulis dioecesebus et palatinatibus attingunt confert eaque primus interpretari temptat (cf. indicem tabellarum in pp. 176-7 et chartogrammata nr I—V); facillime conspici potest, quanto regiones orientales, quas maximam partem (Lithuaniae proprie dicta excepta) populus Graeco-catholici ritus incolebat, a regionibus occidentalibus, quoad populationem et cultum magis uniformibus, differant. In genere animadversiones a Chruszczewski et Müller factae leviter tantum uberrimam materiam historicam et statisticam, quae in nostro volumine comprehenditur, tangunt, et longe abest, ut eam funditus exhaeriant. Similiter Grażyna Karolewicz (cf. p. 91-113, 177 et chartas geographicas ad titulos ecclesiarum spectantes exempli gratia allatas) indicat tantum titulos, quos ecclesiae religiosorum habent, reservando accuratorem inquisitionem eorum in posterius, ut eos in tabulis geographicis titulorum ecclesiarum in Polonia, quas edendas curare consilium habemus, diligentissime explicet.

ORDINES REGULARES VIRORUM IN POLONIA ANNO 1772

J. Kloczowski, Introductio

J. Kloczowski, Ordines regulares virorum in Polonia. Notitiae breves

A. Chruszczewski, Ordines regulares et provinciae religiosorum anno 1772

- Tab. 1. Numerus domorum religiosorum particularium ordinum in oppidis et villis (domus in tabellis nro 1-69 recensitae) p. 23
 Tab. 2. Numerus domorum religiosorum particularium ordinum in oppidis et villis exceptis domibus parvis p. 29
 Tab. 3. Numerus domorum religiosorum particularium ordinum in oppidis et villis cum domibus parvis p. 30
 Tab. 4. Ordines regulares secundum numerum religiosorum dispositi p. 36
 Tab. 5. Ordines regulares secundum nomina provinciarum dispositi (cum numero religiosorum in provinciis) p. 38, 39
 Tab. 6. Nomina provinciarum religiosorum in Republica p. 42
 Tab. 7. Nomina provinciarum religiosorum in Silesia p. 43
 Tab. 8. Provinciae religiosorum secundum numerum domorum dispositae (domus in tabellis nro 1-69 recensitae) p. 45, 46
 Tab. 9. Provinciae religiosorum secundum numerum domorum exceptis domibus parvis dispositae p. 47, 48
 Tab. 10. Provinciae religiosorum secundum numerum domorum cum domibus parvis dispositae p. 49, 50
 Tab. 11. Provinciae religiosorum secundum numerum religiosorum dispositae p. 52, 53
 Tab. 12. Classes provinciarum religiosorum secundum numerum religiosorum in iisdem manentium p. 55

W. Müller, Ordines regulares in dioecibus et palatinatibus anno 1772

- Tab. 1. Numerus ordinum et provinciarum religiosorum in dioecibus p. 59
 Tab. 2. Numerus domorum religiosorum in dioecibus p. 60
 Tab. 3. Numerus religiosorum et sacerdotum regularium in dioecibus p. 61
 Tab. 4. Numerus domorum religiosorum in dioecibus in relatione ad eorum territorium p. 63
 Tab. 5. Numerum religiosorum in dioecibus in relatione ad eorum territorium p. 64
 Tab. 6. Numerus sacerdotum regularium in dioecibus in relatione ad eorum territorium p. 65
 Tab. 7. Numeri domorum religiosorum et parochiarum in dioecibus earumque relatio numerica p. 67
 Tab. 8. Numeri parochiarum et sacerdotum regularium in dioecibus eorumque relatio numerica p. 68
 Tab. 9. Pro centum domorum et religiosorum ordinum mendicantium et clericorum regularium in provinciis Reipublicae p. 69
 Tab. 10. Numeri domorum et religiosorum in provinciis Reipublicae p. 70
 Tab. 11. Numerus domorum religiosorum in palatinatibus p. 70
 Tab. 12. Numerus religiosorum in palatinatibus p. 71
 Tab. 13. Numeri locorum secundum numerum domorum et religiosorum a) Respublica, b) Silesia p. 72

- Tab. 14. Loca tres et plures domus religiosorum possidentes cum numero religiosorum: sacerdotum, clericorum et laicorum regularium p. 74, 75
 Tab. 15. Numerus domorum religiosorum in palatinatibus in relatione ad eorum territorium p. 76
 Tab. 16. Numerus domorum religiosorum in relatione ad territorium singularum provinciarum Reipublicae p. 77
 Tab. 17. Numerus religiosorum in palatinatibus in relatione ad eorum territorium p. 78
 Tab. 18. Religiosi in relatione ad territorium singularum provinciarum Reipublicae p. 79
 Tab. 19. Provinciae variorum ordinum in dioecibus p. 81
 Tab. 20. Numerus domorum variorum ordinum in dioecibus p. 82
 Tab. 21. Numerus religiosorum variorum ordinum in dioecibus p. 83
 Tab. 22. Numerus sacerdotum variorum ordinum in dioecibus p. 84
 Tab. 23. Numerus domorum religiosorum singularum ordinum in palatinatibus p. 85, 86
 Tab. 24. Numerus religiosorum singularum ordinum in palatinatibus p. 87, 88
 Tab. 25. Numerus domorum et religiosorum variorum ordinum in quattuor classes divisorum in provinciis Reipublicae necnon in Silesia, Lusitania, Prussia et Ungaria existentium p. 89

G. Karolewicz, Tituli ecclesiarum conventualium

- Tab. 1. Fontes informationum de titulis p. 94
 Tab. 2. Numerus titulorum ecclesiarum secundum classes eorum p. 96
 Tab. 3. Tituli ecclesiarum secundum eorum classes et secundum ordines regulares dispositi p. 109-109
 Tab. 4. Numerosiores tituli ecclesiarum secundum ordines regulares dispositi p. 110-111
 Tab. 5. Numerosiores tituli ecclesiarum secundum dioeceses dispositi p. 112-113

L. Bienkowski, Fontes geographico-statistici status ordinum regularium in Polonia illustrantes a nuntio I. Garampio anno 1773-1774 collecti

L. Bienkowski, Modus praeparationis tabularum 1-69

L. Müllerowa, Modus praeparationis mapparum 1-XXXVI

Tabulae 1-69. Ordines regulares in Polonia anno 1772

Tabulae 70-88. Ordines regulares in Silesia anno 1750 (dioecesis Vratislaviensis, vicariatus Glacensis dioecesis Pragensis)